suorum miserebitur; & dixit sion; de
reliquit me dominus & dominus oblitus est mei.
Numquid oblivisci potest mulier in
fantem suum: ut non misereatur filio
uteri sui; & si illa oblita fuerit: ego
tamen non obliviscar tui. dicit dominus omnipotens.

SECUNDUM IOHANNEM

In illo tempore. dicebat ihesus turbis;
ego sum lux mundi. qui sequitur me
non ambulat in tenebris. sed habebit
lucem uitae; dixerunt ergo ei pharisei;
tu de te ipso testimonium perhibes. tes
timonium tuum non est uerum; Respon
dit ihesus & dixit eis; & si ego testimonium
perhibeo de me ipso. uerum est testimonium
meum. quia scio unde ueni et quo
uado. uos secundum carnem iudicatis
ego non iudico quemquam; & si iudico
ego iudicium meum uerum est; quia solus
non sum. sed ego & qui me misit pater;
& in lege uestra scriptum est ego sum qui test